



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

28. Zeugenaussagen über den Hergang von Streitigkeiten zwischen
Sachsen-Lauenburg und Sachsen-Wittenberg, namentlich auch den
Auftrag des Markgrafen Otto's mit dem Pfeile, solche zu entscheiden, vom

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

van holle, Johans Koramefer, Johans der Hufener, Riddere, vnd de gheift-
leke man, bruder Geuard van Bortueld, vnd wy her Jan van Buk louen en truwen,
dat vnse here, der Marggraue, stede vnd gantz holden scal alle de stücke, de hir vor
beschreun Itan. Des scoln de twe Deghedinges lude, de dem Byscope helpen scoln,
to der Lokenitz wesin mit dem byscope des dridden vridages na paschen, vnd scoln
ouer komen stede vnd stunde, dar se vns vnd vse ome, de hertogen, vnd vser beyder
man, vnnnd lantscheide na minne oder na rechte vnscheiden willin. Dille degheding
sint gesehehin in de Osterheiligin tagin, na gods gebord Dufend Jar, Drihundert jar,
in dem sechs vnd drittigestin Jare.

Aus Beckmann's Sammlung Mpt.

28. Zeugenaussagen über den Hergang von Streitigkeiten zwischen Sachsen-Lauenburg und
Sachsen-Wittenberg, namentlich auch den Auftrag des Markgrafen Dito's mit dem Pfeife,
solche zu entscheiden, vom 7. Mai 1337.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem, M^o. CCC^o. XXX^o. Septimo,
Indictione quinta die Septima mensis maij, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac
domini, Domini Benedicti diuina prouidentia pape XII, anno tercio, hora vespertina
vel quasi, in Cimiterio parrochialis Ecclesie lowenborch apud turrin Campanarum
in parte occidentali, Constitutus Illustris princeps Dominus Ericus, dux saxonie,
angarie et westfalie, In mei publici notarii infra scripti Testiumque subscriptorum
presentia Requirens dominum albertum, dictum wlf de Swartenbeke, militem, in
testem deponendo super placitis inter ipsum et nomine aliorum suorum quorum interest
vel interesse poterit parte ex vna, Et Illustrem principem dominum albertum, ducem
saxonie, seniore, parte ex altera, qui tunc temporis tutor, Curator et prouisor
Juniorum, videlicet Johannes, alberti et Erici, filiorum fratris sui, Et quia pre-
dictus dominus Ericus timuit copiam probacionis ipsius testis propter Senium et
invalitudinem sui corporis sibi et Suis auferri et deperiri, qui super singulis articulis
infra scriptis seorsum et secrete directe et manifeste, Ego vna cum infra scriptis testibus
diligenter examinari, Recepto tamen prius ab eo corporali Juramento in sacris reli-
quiis michi prestito more solito, videlicet ne gratia, odio, timore, prece vel amore, nec
precio habito vel habendo, vel aliqua Spe remuneracionis ea que Sciret et constaret
de placitis infra scriptis diceret et deponeret, sed secundum deum et iusticiam meram
et nudam quam sciret veritatem . . . Qui super primo articulo infra scripto Juratus et
interrogatus predictus dominus albertus wlf de Swartenbeke de Comicia bren

deposuit, quod cum dominus albertus, dux saxonie, senior, in Eruordia ad curiam Regis . . Rodolfi, dicti de hauekefborch, sub expensis communibus suis et patrum suorum, Johannis, alberti et Erici filiorum fratris sui proficisceretur, Contigit eodem tempore . . Illustrem principem comitem ottonem de bren ab hoc seculi decedere in Eruordia. Tunc . . Rex Romanorum dedit transtulit et donauit ac contulit eidem alberto, duci saxonie, et ipsis Junioribus supra dictis eandem Comiciam coniunctim et diuisim cum omni proprietate et libertate sicut hactenus predictus . . Comes possidebat. Postmodum cum predicti . . duces dominia et Castra seu munitiones eorum diuiderent, placitatum fuit inter eos de Comicia bren, quod compromiserunt in arbitrum scilicet in patrum eorum, . . Comitem albertum de anehalt, quidquid ille diffiniret et super eadem Comicia pronuntiaret, gratum et Ratum ex vtraque parte vellent habere . . Qui Comes licet sepius requisitus a Junioribus ducibus saxonie, propter incommoda multa et pericula, que inter ipsos ex hoc euenire poterant, distulit diffinire, sed predictam causam remisit ad ipsum regem ad discutiendam. Qui Rex ante dictus sepe Rogatus et Requisite ab ipsis Junioribus, propter varia negocia sibi imminencia per Se non poterat cognoscere nec Judicare, ante dictam causam Commisit domino ottoni, dicto de pyl, Marchioni de brandeborch, qui tunc temporis erat Judex generalis per almaniam constitutus. Conuocatis . . partibus debito termino ad locum vnum, qui vocatur Emerenberch, Ipsi Juniores sepe dicti secundum assignacionem termini duabus vicibus ibidem comparuerunt, sed senior dux contumaciter Se absentauit, nec aliquem loco suo misit, Et sic ipsi Juniores suam absentiam et contumaciam accusauerunt, Et sic eadem causa hucusque mansit indiscussa. Item secundo deposuit, scilicet de castro beltis quod si ijdem castrum tunc temporis . . Marchioni de brandeborch obligatum per placita amicabilia, vel per contractum matrimonij ad ducatum saxonie perueniret sine pecunie solucione tunc dux senior cum Junioribus equaliter diuidi deberet cum omnibus suis attinenciis et prouentibus, si autem pro pecunia redimeretur, hanc pecuniam tunc vtraque pars equaliter exponere deberet, Castro tamen cum omnibus suis pertinenciis equaliter bipartito. Item de tertio articulo scilicet de castro gummere taliter est placitatum, quod Si ydem castrum pro pecunia redimeretur, equaliter exponere deberent, si autem absque pecunia ad ducatum reueniret, tunc illud ydem castrum cum suis attinenciis equaliter partire deberent. Item de quarto articulo scilicet de borchgrauatu magdeburgensi simili modo placitatum fuit sicut de duobus ante dictis. Item de quinto scilicet de castro safzehagen, quod eciam tunc fuit obligatum est placitatum sicut de ante dictis tribus articulis, super quo Illustris princeps dominus Ericus publice protestabatur Se esse beniuolum et paratum ad faciendum et Recipiendum omnia predicta et Singula quamuis ydem castrum nomine suo et fratrum suorum in dotalicium sue sororis foret expositum, super quibus omnibus et singulis sepe dictis dominus Ericus Requirens me notarium infra scriptum, vt Sibi et suis publicum conficerem instrumentum. Acta et data sunt hec anno, die, Indictione, pontificatu, hora, loco, quibus supra, presentibus

viris honorabilibus ac dominis vlrico, Canonico hamburchgenfi ac Rectore Ecclesie in lowenburch, Johanne de soltowe, Thiderico de Euesfelde et hermanno theolonario, perpetuis vicariis in lowenburch et presbyteris, ludolfo scacken, milite, et ludero de Ripis, notario Curie domini ducis ante dicti, et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc vocatis specialiter atque Rogatis.

Et Ego Johannes wedekini, Clericus Raceburchgenfis, publicus imperiali auctoritate notarius, vna cum infra scriptis testibus presens interfui et de verbo ad verbum fideliter conscripsi, nil addens vel minuens, quod eius sensum augeri vel minuere poterat, meoque Signo solito et consweto in euidenciam omnium premissoꝝ Roborauī Requisite atque Rogatus.

Nach Endendorf a. a. D., S. 314.

29. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Guben, am 12. Juli 1339.

Wir Ludewig, von gotes gnaden marggrave czu Brandenburg vnd czu Luficz, pllanzgraue bey dem Rine vnd herczoge czu Beyern vnd des heiligen Romischen richs oberster kammerer, bekennen offenlichen an disem brive, daz wir vnser stat zu Gubyn vnd vnser getruwe burger dafelbest lazzen sullen bi aller den rechten, gnaden vnd vriheit, als sie an vnserm ohem herczogen Rudolf von Sachsen kumen sin, vnd sullen in der nicht krenken an keynerleyge sache. Daz gelobe wir in ganz vnd stete ze halden in disem gewerdigem brive vnde dar vber geyben wir in disen briv, vorsigelt mit vnserm insigel. Der ist geben zu der Goltzowe, nach gotes geburt dricinhundert iar, in dem nun vnd drizegsten jar, an sante Margareten obende etc.

Lauffg. Magazin XXXVI, Heft I, S. 52.

30. Markgraf Ludwig erneuet der Stadt Guben die von seinen Vorgängern den Bürgern gewährte Befreiung von der Lehnware, am 28. April 1340.

Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, comes palatinus Reni, dux Bauarie, sancti Romani imperij archicamerarius, prudentibus viris et discretis consulibus et vniuersitati civitatis Gubbyn, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum. Effecerunt progenitorum vestrorum eciam et vestra merita